UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Repetitio Clem. I. Ut Clericorum De Officio Ordinarii

Aufréri, Étienne

Leodii, 1702

Limitatio. 50.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63069

Visual Library

Limitatio. 50.

50. Laicus ſi eligatur, poteſt eſſe rector univerſitatis, ut vidi ſæpenumero Tholoſæ. Nullam tamen habebit juriſdictionem in Clericos, ut tenet Bar. *in l. fi. ff. de colle lici. in verſi. Sed circa hoc dubitatur.*

Limitatio. 51.

51. Laicus in Eccleſia poteſt habere præbendam, ſed non canonicam. glo. & Doct. *in cap. cum M. de conſti. in ver. receperunt.*

Limitatio 52

52. Laicus poteſt habere ſedem & bancham in Eccleſia & jus funerandi, quo ad uſum ſecundum Hoſti. Io. An. & Sicu. *in cap. abolendæ. de ſepult.*

Limitatio. 53

53. Laicus poteſt acceptare beneficium pro
52 Clerico abſente, tenent Ioan. And. Sicul. & Imol. *in cap. accedens. de præben. Pau. Zaba. & Imo. in Cle.* 1. *de conceſſione præben.*

Limitatio. 54.

54. Laicus poteſt eſſe conſiliarius in electione, pro quo videtur bonus tex. juncta gloſ. *in cap. indemnitatibus. §. poſtremo. de electio. lib.* 6.

Limitatio. 55

55. Laicus judex poteſt exequi legata pia ſecundum Bar. *in l ſolent. ver. quæro coram quibus ff. de ali. & ciba. lega.*

Limitatio. 56

56. Laicus poteſt eſſe delegatus Papæ in cauſa Laicorum ſecundum Anto. Sicu. & Præpo. *in cap. ſua nobis. de appella.*